

DE COENA DOMINI,

Brevis & simplex instructio.

Nobis Calvini de nomine Secta reclamant,
Qua in Cœna, Christi corpus adesse
negat.

Haud aliter fieri rationem reddere tentat,

Fallitur atq; studet fallere calva cohors.

Namq; suum Christus corpus cum pane, cruorem
Cum Vino præbet, fit sacer ipse cibus.

Non tamen in carnem fit transmutatio panis,

Somniat ut Molochus sacrificusq; Beall.

At Christi in Cœna panis viniq; manente

Naturâ, verum corpus adestq; cruor.

Tu quamvis carnem nec gustes ore cruorem,

Et nil quam panem, nil nisi vina vides.

Malumus ipsius Christi confidere verbis,

Quam Calvine tuis heresiarcha libris.

Is nos non fallit, multos speciosa fefellit

Glossa, DE I verbis nitere, tutus eris.

Omnipotens iussit, natum auscultarier ipse,

Qui cum sit verax, dicere falsa nequit.

Et

Filius